

rent. In eadem causa alii pii testatores pecuniam legarunt. Intermissæ fuerunt Litanie, ut argenteam Crucem a pignore Sodales redimerent, qui prorogationem suspensionis deinde obtinuerunt. Nuper vero preces fundunt pro absolutione quoad præteritum, et pro commutatione voluntatum quoad futurum, ut permissio Cantus Gregoriani perpetua fieret, et detracto cantorum stipendio, redditus in dotem erogarentur; S. Cong. rem non definivit, sed demandavit, ut præfigeretur a Card. Archiepiscopo terminus hæredibus Hugonis, ad deducendum jura sua in S. Congreg. Bononien. Commut. volunt., 26 April. 1788, dub. 1 et 2. Deinde commutatio fuit denegata ad dub. 1, et quoad dub. 2, mandatum fuit, ut quoad illarum voluntatum executionem provideri debeat, hæredesque Populi teneri tantum ad summam scut. 39, 15 Maii 1790.

(11. Vicarius Apostolicus Satinus, occasione Visitationis Collegiæ B. M. in Cælum Assumptæ Sulmonis in Latio, accepti et ex-

## CONGRUA.

## S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Literas Apostolicas, quibus Parochialis Ecclesia S. Donati loci de Polenda, unita jam antea mensæ Episcopali, ad statum collativum fuit ab Episcopo Bricinoriensi redacta, et Parocho nonnulla assignata prædia ad sui conservationem, ratas habuit S. C. etiamsi affirmetur oratores circumvenisse Pontificem, dum ei relatum fuerat bona prædicta ad parandam Rectori congruam, et onera explenda sufficere. Bricinorien. Congruæ, 10 Decemb. 1785, 1 dub. confirmat., 15 Sept. 1787.

(2. Congruam in pecunia assignatam Parocho S. Michaelis, et solvendam a Rectore Ecclesiæ SS. Josephi et Marci immunem declaravit S. Congregatio a præstatione ratæ commodi, quod ex motu proprio diei 19 Martii retineri potest a possessoribus fundorum rusticorum. In Hortana Congruæ, die 28 Feb. et die 15 Apr. 1807.

(3. Congruæ incrementum Parochi S. Salvatoris in Campo denegavit S. Congregatio, firma remanente solutione scutorum 99, 60, et incertorum perceptione favore ejusdem Parochi. Quoad vero expensas hujus Paroeciae, teneri Abbatem Commendatarium Farfensem Sacra Congregatio definivit, juxta notulam liquidandam ab E. Urbis Vicario ad formam Brevis Urbani VIII. In Romana seu Nullius Farfen. Congruæ, die 19 Dec. 1807.

(4. Hæreditatem Archipresbyteri Antonini erogandam esse in beneficium Ecclesiæ S. Thomæ Apostoli Oppidi Turrinæ, non in congruam Archipresbyteri, definivit Sacra Congregatio. In Nepesina Hæreditatis, die 7 Maii 1808.

(5. Ad succurrendam tenuitatem Congruæ Parochi S. Annæ Oppidi Paleani, Sacra Con-

pensi librorum exhibitionem sub pœna suspensionis, ut reddatur ratio Synodalibus Syndicis, decrevit. De hoc prætenso injusto decreto Capitulares conquesti sunt, eo quod ex propriis Constitutionibus illos exhibere, et rationes reddere tenentur revisoribus Capitularibus, et saltem reformari petunt a S. Congreg. quæ validum juxta modum respondere putavit. Terracinen. et Selin., die 18 Junii 1796, dub. 4.

(12. Sodalitium erectum in Ecclesia S. Vitalis Parmæ sub titulo Suffragii, ubi nonnullæ Capellanæ Residentes nuncupatæ adsunt, plurimis gravatum oneribus missarum, functionum, mantentionis Ecclesiæ, ac Sacrarum, et redditus haud pares oneribus habens, propendit in Missarum reductionem ad elemosynam ob. 15. S. Congreg. eam indulgit ad taxam manualis juxta votum Episcopi. Nam Residentium continuum servitium in Ecclesia Sodalitii necessarium visum fuit. Parmen. Red. Miss., die 11 Febr. 1797, dub. 1.

gregatio juxta votum E. Episcopi suspendit tres ex quinque missis hebdomadalibus, quas Parochus ratione Beneficiorum unitorum celebrare debebat. Prænestina Congruæ, die 18 Martii 1809.

(6. Dum S. Congregatio stetit in primo et secundo loco decisis, tertio confirmavit assignationem decimarum factam congruæ loco favore dismembratæ et noviter erectæ Ecclesiæ S. Mariæ Magdalænæ Collium. In Reatina dismembrationis, 2 Jun. 1821, ad 1 dub.

(7. Tenuitati vero congruæ Ecclesiæ Matricis, et Collegiæ Alabri antequam provideret, S. Cong. scribendum esse duxit Episcopo, qui, transmissa fundatione ejusdem Collegiæ, referret de qualitate servitii choralis, statu activo et passivo Paroeciae, et Ecclesiæ Collegiæ per decennium, comprehensis incertis, et distributionibus, necnon beneficii ab Archipresbytero Matricis possessi, et quatenus opus esset proponeret media augendi illius redditus, salvis tamen decimis, et congrua dictæ novæ Paroeciae assignatis. Ibid. ad 2, dub.

(8. Ut tenuitati Congruæ Plebani S. Petri Æsinæ Diocesis provideretur, Sacra Congregatio dixit in congruæ augmento computari quidquid superesset ex redditibus Legatorum Missarum ultra elemosynam manualem; ideoque reductionem denegavit Legatorum Pesciotti aliorumque: concessit vero hanc reductionem ad manualementem quoad Legata Mucci, Baldassini, Agostinelli, ac voluit ut E. Episcopus curaret fieri inscriptionem super fundis gravatis, et descriptionem in Tabella. In Æsina reductionis et absolutionis, die 20 Mart. 1824, ad 1, 2, 3, dub.

(9. Attenta dicti Plebani Congruæ tenuitate, Sac. Congregatio, celebratis tribus Mis-

sis pro omnibus omissionibus, quoad Missas in præteritum non adimpletas, consulendum: SS. pro absolutione censuit. In eadem ad 5 dub.

(10. Ad D. Secretarium cum SS. juxta mentem rescripsit S. Congregatio, quoad augmentum congruæ Æmygdio Pauri Plebano Castri Ferretti Anconitanæ Diocesis apoplexia correpto. In Anconitana Congruæ, die 9 Jul. 1825.

## S. CONGREGATIONIS EPISCOPORUM ET REGULARIUM DECRETA.

(1. Translato ad Ecclesiam Cæsaratensem R. P. D. Castracane, Episcopo Cerviensi, successit eidem in episcopatu anno 1838, die 11 Februarii R. P. D. Balletti.

Cum vero Mensæ Cerviensis redditus in bonis rusticis omni fere ex parte consistere, memoratus Balletti pro sua suæque familiæ sustentatione nihil ex episcopali præbenda percipere poterat usque ad futurum mensem Julii, quo agrorum segetes recollerentur.

Ratus itaque in hujusmodi casu ex sacrorum canonum præscripto ac generali consuetudine sese pro sua congrua jus habere ad fructus, quos Antecessor percepisset anno 1837, pro rata temporis, quod ad mensem Julii residuum erat, supplex instilit penes Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium, ut auctoritate sua ad hujusmodi congruam præstandam Episcopum Antecessorem adigeret, et insimul summam ab eodem debitam liquido determinaret.

Congruam siquidem ab Antecessore deberi successoribus, quando beneficii redditus ab illo percepti sunt, et successor non habet, unde vivat, donec novorum reddituum collectio accidat, probare satagebat ex auctoritate Sacræ Rotæ Romanæ Decis. 342, Rec. n. 1, p. 14, Card. de Luca De Benefic. Disc. 83,

## CONSCIENTIA.

## S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Presbyteros simplices Civitatis Interamnenensis adigendos esse ad assistentiam Pontificalibus proprii Episcopi, necnon ad interessendum collationibus casuum moralium, et S. Rituum ad formam Concilii Romani Tit. 15, cap. 9, definivit S. Congregatio confirmans resolutionem præcedentis anni. In Interamnen. Decretorum die 26 Martii 1803.

## CONSUEUDO.

## S. CONGREGATIONIS RITUUM DECRETA.

(1. Primum est, quod in Ecclesia Oseen. Epistola decantatur in pulpito juxta Chorum, ubi Episcopus residet, non autem in Presbyterio.

2. Item Evangelium decantatur ibidem.

3. In Missa solemnibus dantur a Sacerdote tres benedictiones.

4. In Processionibus tam intra, quam extra Ecclesiam, et in absolutionibus mortuorum, etiam loco parato, Sacerdos, Diaconus,

n. 5, Panimolle. decis. 20, annot. 1, n. 42.

Hac autem in re habendam esse rationem temporis, quod residuum est post obtentum a successore beneficium ostendebat ex iis, quæ docet præsertim Covarruvias L. 1, c. 15, n. 12, in fin. Quam doctrinam confirmatam fuisse aiebat tum ex Sacra Congregatione Concilii in Signina Constituti. 24 Jan. 1828, tum nuperrime ex ipsa Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium in Spoletana Repartitionis fructuum, in comitiis generalibus diei 7 Junii 1839.

(2. At vero R. P. D. Castracane Antecessor in Episcopatu Cerviensi opponebat, ab Episcopo jus irrevocabile acquiri in fructibus, quos a solo separaverit tempore, quo ad alium Episcopatum translatus fuit, Ferraris V, Episcopus Art. 3, n. 63, exemplo usufructuarii. Quia imo consuetudinem, quam in sui utilitatem adversarius objiciebat, reapse nec adesse nec observari demonstrabat ex testimonio Card. De Luca Disc. 83, de Benefic. n. 5, et seq.

Itaque proposita causa, juris ordine servato, in partium contradictione die 20 Dec. 1838, cum dubii formula: « Se ed in qual modo Mons. Castracane debba somministrare a Mons. Balletti la suddetta Congrua? » Eminentissimi Patres rescripserunt: *Affirmative pro summa liquidanda*: ut patet ex Cervien. Congrua diei prædicti.

At vero, cum pars, quæ causa ceciderat, facultatem obtinisset, ut iterum audiretur, causa rursus proposita fuit die 14 Martii 1841, cum dubii formula, quæ sequitur: « Se debba confermarsi, o riformarsi il Rescritto del giorno 20 Dicembre 1838. » E. Patres rescripserunt *Dilata*. Cum vero postea quædam inter partes concordia, seu transactio esset proposita, E. Patres sua approbatione confirmaverunt: et concordia plenum habuit effectum.

(2. Presbyteros simplices Civitatis Interamnenensis adigendos esse ad assistentiam Pontificalibus proprii Episcopi, necnon ad interessendum collationibus casuum moralium, et S. Rituum ad formam Concilii Romani Tit. 15, cap. 9, definivit S. Congregatio confirmans resolutionem præcedentis anni. In Interamnen. Decretorum die 26 Martii 1803.

nus, et Subdiaconus, ut æqualiter incedant, portant pannum sericum in forma Gremialis.

5. Subdiaconus autem, qui Celebranti assistit non defert, neque tenet Crucem, sed Cruciferarius deputatus specialiter indutus Superpelliceo sine Pluviali.

6. Diaconus, et Subdiaconus sedent ad *Kyrie eleyson*, *Gloria*, et *Credo* in Missis Conventualibus et Anniversariis, etiam dum dicitur Graduale, et Epistola.

7. Hora sexta dicitur ante Missam, et si

diceretur postea, celebratio esset intempestiva, quia propter frigiditatem terrae populus tardius venit ad Ecclesiam.

8. Dicitur *Credo* in Missa solemniter statim finito Evangelio ante Concionem.

9. In diebus Adventus, Quadragesimae, et aliis jejuniorum Diaconus, et Subdiaconus non utuntur Planetis plicatis, sed Dalmaticis.

Et insuper nonnulla alia, licet perpauca, his similia, quae omnia a consuetudine Provinciae et Ecclesiae Oscenae derivantur.

10. Dubitatur, an Canonici praefati possint se tueri hujusmodi generali consuetudine in praemissis, ita ut non possint, neque debeant cogi recedere ab illis, praetextu, quod in aliquo, non tamen in Sacramentalibus, sunt diversa a caeremoniis.

S. C. rescribendum censuit: 1. Ad primum: « consuetudo cantandi Epistolam in Choro in pulpito, si adhuc in Ecclesia Oscenae servatur, tollenda non est, sed retinenda, cum sit antiqua. » 2. Ad secundum: « idem respondendum, ut scilicet servetur consuetudo cantandi Evangelium in ambone, sive in pulpito, cum id fel. rec. Pius V permiserit in sua Bulla specialiter pro Regnis Hispaniarum edita die 17 Decembris 1570. » 3. Ad tertium: « in Missa solemniter cum datur benedictio in fine semel tantum produci debet signum Crucis super populum a Sacerdote celebrante, ut in Missalibus emendationibus habetur. » Ad 4 et 5: « In Processionibus, et Absolutionibus non debent Subdiaconus, Diaconus, et Sacerdos aequaliter incedere, sed Subdiaconus debet praere deferens Crucem medius inter duos Acolythos tenentes candelabra accensa. Praeterea permitti potest, ut Subdiaconus, Diaconus, et Sacerdos parati dum incedunt, deferre possint pannum sericum ante se, tanquam gremiale, stante ea consuetudine. » Ad 6. « Diaconus, et Subdiaconus sedere possunt una cum Celebrante, dum cantatur a Choro *Kyrie eleison, Gloria, et Credo*, et si dabitur tempus, licebit eis etiam sedere dum cantatur Epistola a Subdiacono, et Graduale a Cantoribus. » Ad 7. « Missa Conventualis dici debet post Tertiam in Festis duplicibus, et in diebus Dominicis juxta Rubricam Missalis, non post Sextam; quod si propter terrae frigiditatem populus tardius venit ad Ecclesiam, praestat differre tempus recitandi Tertiam, quam debitum ordinem intervertere. » Ad 8. « *Credo* in Missa solemniter dici debet post Concionem, non ante, juxta Rubricas Missae, et consuetudinem Romanae Ecclesiae. » Ad 9. « In diebus Adventus, et Quadragesimae Diaconus, et Subdiaconus uti debent planetis plicatis non Dalmatica, et Tunicella, juxta Rubricas Missalis. » Ad 10. « Consuetudines, quae sunt contra Missale Romanum sublatae sunt per Bullam Pii V, in principio ipsius Missalis impressam, et dicendae sunt potius corruptelae, quam consuetudines, neque illis possunt se tueri Canonici, quominus cogi valeant per Episcopum ad observan-

tiam Rubricarum, et Regularum Missalis. » Oscenae die 16 Martii 1591.

(2. Capitulum, et Canonici Civitatis Castellae exposuerunt Sac. Congregationi; quod Fratres S. Dominici recusant sese adunare in Ecclesia Cathedrali, cum facienda est funebris Processio pro cadaveribus associandis, idque contra immemorabilem consuetudinem servatam tam a Regularibus, quam a Parochis, et Confratribus saecularibus. Et eadem S. R. C. censuit: « Episcopum curare debere, ut vetus loci consuetudo servetur; quod si dicti Fratres S. Dominici aliquid habeant in contrarium, adeant Congregationem. Tiferenae die 23 Mar. 1593. »

(3. Sac. Rituum Congregatio, perspectis, et cognitis, SS. Domini Nostri jussu, quae in libello Presbyterorum S. Mariae de Spetia exponebantur, intelligens consuetudinem ab ipsis allegatam conformem esse sacris Canonibus, qui jubent singulis ex uniuersisque ordinationis tempore dandum esse locum, censuit: « Amplitudinem tuam his literis esse commonendam, ut, ea consuetudine restituta, locum cuilibet, juxta suae ordinationis tempus, debitum assignet; eumque ordinem pro sua prudentia inviolate posthac conservandum curet, nisi dignitatis alicujus praeminentia, aut praerogativa personalis aliud non postulare. Si quid tamen Amplitudini tuae ad hanc rem occurrerit rescribendum, statim nostram Congregationem faciat certiohem. » Lunen. Sarzanen. Idibus Octobris 1593.

(4. Abbas Terrae Montis Novi Senogallienae Diocesis praetendit non solum sibi, sed suis etiam Clericis debere praecedentiam supra Priorem S. Severi, qui tamen allegavit consuetudinem contrariam sibi faventem, quamvis contentus esset a sinistris ipsius Abbatis incedere. Cum in anteaetis Congregationibus responsum fuisset pro Priore, Abbas consuetudinem negans, primam iterum renovavit instantiam.

Et S. R. C. respondendum censuit: « Servetur solitum, et probetur allegata consuetudo. » Senogallienae die 10 Jan. 1597.

(5. An servari debeat immemorabilis consuetudo legendi Laudes in Nocte Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, vel an eadem sint decantandae? S. C. rescribendum censuit: dub. 1. Negative. Pisana die 3 Augusti 1822.

(6. 1. An non obstante quacumque in contrarium consuetudine, intangibile sit juxta Celebrantis in Solemnitate Sanctissimi Corporis Christi semper per se deferendi in publica Supplicatione Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum?

(7. 2. An inveterata quaecumque in contrarium consuetudo derogare possit Legi a Decretis Sacrae Congregationis praescriptae? S. C. Ad 1. « Affirmative, juxta alia decreta. » Ad 2. « Negative, juxta eadem decreta. » Atque ita decernendum, ac servandum omnino edixere. Tridentinae die 3. Augusti 1839.

S. CONGREGATIONIS EPISCOPORUM ET REGULARIUM DECRETA.

Apud Religiosos Ordinis Minorum Cismontanae familiae, a tempore, cujus memoria non aderat, consuetudo invaluerat, ut a Novitiis pensio quaedam, alimentorum titulo persolveretur. Itaque Provinciale Definitorium die 15. Decembris 1835, decernere non dubitavit, ut: « Conventus Salutiarum S. Bernardini... cedere deberet » (in utilitatem aliorum Conventuum, ubi Studium institutum erat) « annuam pensionem eorum Novitiorum, qui in dicto Novitiatu ultra sex reperirentur. » Hujusmodi decreto accessit confirmatio Visitoris Apostolici, qui, gallica tempestate sedata, a Sancta Sede Apostolica ad illius Religionis res ordinandas institutus fuerat.

At vero hanc dispositionem effectui mandare detrectavit Conventus S. Bernardini Guardianus, ideoque ad Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium res deducta est. Dum hujusmodi res versaretur, consuetudo, quam super innumis, deprehensa est, et non immerito dubitatum, an eadem cum Ordinis Constitutionibus conciliabilis esset, vel potius uti abusus et corruptela abroganda foret.

Generalis Curiae Commissarius hac super re interpellatus, declaravit, hujusmodi usum Ordinis instituto non esse consentaneum, ideoque auctoritate Sacrae Congregationis esse prorsus avellendum.

Consultor, cui de more Sacrae Congregationis, res demandata fuerat, ut sententiam

suam exponeret, eam, quam Commissarius retulerat, suo voto confirmavit.

Neque vero injurie; siquidem praeter alias rationes, Constitutiones anno 1827, pro Cismontana familia editae art. 34, sic statuunt: « Nemini liceat quidquam a Novitiis accipere. » Quae dispositio sanctionem accipiebat ex poenis contra violatores ibidem statutis. Huc accedebat, quod alibi, nempe rat. 286, 334, 434, ratio praescripta erat, qua Conventibus, qui indigentia laborant, prospici valerent.

Itaque proposita causa cum titulo excerpto in generalibus comitiis diei 30. Martii 1838, sequentibus dubiorum formulis:

« 1. Se e come sia da tollerarsi la consuetudine di esigere la pensione dai Novizi? » *Et quatenus affirmative.*

« 2. Se e come il Decreto in questione si sostenga? » *Quatenus Negative.*

« 3. Se e quale provvedimento convenga prendere nel caso? »

Eminentissimi Patres rescribendum censuerunt: Ad 1. *negative*: Ad 2. *provisum in primo*: Ad 3. *scribatur Patri Generali ad mentem*: Mens est: « Che scriva al Provinciale, che la Sacra Congregazione ha disapprovato la consuetudine di esigere dai Novizi la pensione *ratione victus*, e che questa risoluzione sia manifestata a tutti i conventi di Noviziato di quella Provincia, assolvendo *quatenus opus sit* tutti i Superiori, che hanno esatto simili pensioni. » *Ordinis Minorum Super pensione pro alimentis a Novitiis persolvenda, et illius erogatione favore conventus Studiorum.*

CONTRACTUS IN GENERE.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Alienationem praediorum pertinentium ad Canonicos Regulares S. Augustini et Patres Carmelitas Urbini, licet S. C. validam pronunciaverit die 18 Augusti 1804, attamen comperta postea laesione ex relatione periti judicialis, praevio recessu a decisis, irritam declaravit, exceptis praediis *le Cerque et Montale*. In Urbinaten. Nullitatis Contractuum die 22 Decembris 1806.

(2. Ut de nullitate locationis bonorum spectantium ad Archipresbyteratum Terrae Cesani, et Dominicum Valdambrini consistat, S. C. deputandos jussit Peritos ad effectum liquidandi fructus per decennium proximum contractui, et referendi super damnis. In Portuen. Nullitatis Contractus die 27 Aprilis 1816.

(3. Cum rursus constitisset de laesione ultra sextam partem; rem judicatam ab anno usque 1807, favore tum Patrum Carmelitarum Excalceatorum, tum Canonicorum Regularium Urbini degentium ortam, qua nullitas contractuum definita fuerat, confirmavit S. C. nec constare dixit de causis restitutionis in integrum favore emptorum vadimonium deserentium postquam causa bis jam ceci-

derant. In Urbinaten. Nullitatis Contractuum die 21 Augusti 1818.

(4. Iterum constare de re judicata exorta usque ab anno 1807, favore tum Patrum Carmelitarum Excalceatorum, tum Canonicorum Regularium Urbini degentium super nullitate contractuum, et vicissim non constare de causis restitutionis in integrum favore emptorum rursus vadimonium deserentium, postquam causa tertio ceciderant, denuo definiti S. C. dum in decisis sub die 21. Aug. elapsi anni standum esse voluit. In Urbinaten. Nullitatis Contractuum die 27 Februarii 1820.

(5. Recedendum esse a decisis sub die 30 Martii 1822, decrevit S. C. et statuit, celebrandas esse in futurum Missas quadraginta lect. diebus festis pro legato de Marinis, facta inscriptione super fundo libero, et descriptione in Tabella. Statuit quoque, ut celebrata unica vice Missa cum cantu, et assistentia totius Capituli S. Blasii Oppidi Finel de Burgo Savonen. Diocesis, Sanctissimo consuleretur pro gratia absolutionis, et condonationis pro praeteritis omissionibus: « In Savonen. Commutationis voluntatis die 19 Aprilis 1823. »

(6. Contractum initum inter Capitulum Pontis curvi, et Thomam Amati, uti Eccle-

sia minime utilem, annullandum censuit S. Congr. ac propterea suspendi quoque mandavit decretum executoriali citati contractus, quod Vicarius Generalis Gaetani tulerat die 19. Feb. 1833, in Pontis Curvi 2. Maii 1835.

(7. Quam causam rursus agitatam S. C. eadem firmavit resolutione, et amplius in eadem die 5 Septembris 1835.

(8. Super nonnullis contractibus a Capit. S. Martini stipulandis S. Congreg. rescripsit dilata et ad mentem: Mens fuit ut scriberetur Episcopo E. Protectori, qui una cum D. Secretario S. Cong. inspectis instrumentis, curaret, rem cum debitoribus ad tramites juris componere, et consuleret indemnitati

## CONTRACTUS EMPHYTEUSIS.

## S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Cum vero innotuerit ex Archiepiscopi informatione utiliore beneficio S. Martini ob peculiarias circumstantias fore Emphyteusim perpetuam, quam ad tertiam generationem, pro sanatione contractus, ac concessione beneplaciti Apostolici, SS. consulendum esse censuit, stipulato tamen novo instrumento, demptis articulis secundo et tertio, quorum loco pactum adjiciendum esse voluit Sac. Congregatio, ut canon conventus in *Luigi* viginti quatuor liber ab omnibus oneribus impositis, et imponendis esse deberet, incertis indictis instrumento, mappa et descriptione confinium, et cum solitis clausulis. In eadem Vercellin. die 3. Julii 1817.

(2. Absolutionem a censuris ad cautelam, attenta bona fide, concessit S. Congregatio Comiti Alphonso Montani, qui contractum emphyteusis ad tertiam generationem iniiit anno 1793. cum cl. mem. Card. Rovarella, quin tamen unquam obtentum fuerit beneplacitum Apostolicum, licet reservatum in stipulatione. In Pisaren. Emphyteusis 18. Mart. 1820. ad 4. dub.

(3. Constat dicitur Sacra Congregatio de nullitate emphyteusis inite anno 1793. inter Cl. Mem. Cardinalem Rovarella, et Comitem Alphonsum Montani bonorum tum beneficii S. Joannis de Cerreto tum alterius beneficii S. Barbaræ, quia numquam obtentum fuit beneplacitum apostolicum in stipulatione contractus reservatum. In Pisaren. Emphyteusis die 18 Mart. 1820. ad 1. Dub.

(4. Quia tamen aderat nova, ac melior oblatio Vincentii Perfetti, illius sanationem et concessionem beneplaciti Apostolici favore Alphonsi Montani, qui canonis reductionem postulabat, denegavit eadem Sacra Congregatio. Ibid. ad 2. Dub.

(5. Ob auctam vero a Montanio in aliis scut. septem oblationem annui canonis scutatorum 140. factam a Perfetti, antequam definiret Sacra Congregatio, cujus favore delibanda esset emphyteusis, affigenda esse censuit nova edicta super oblatione scutatorum 147. facta a Montani, non respiciens hoc modo oblationem utilem Ecclesie factam

Ecclesie, capta inscriptione super fundis idoneis, et certioraret de resultantibus. « In Nullius S. Martini Reductionis missarum, Absolutionum et contractuum Nullitatis die 19 Dec. 1835. ad 3, 4, 5, 6, 7 et 8. Dub. »

## REV. FABRICÆ S. PETRI DECRETA.

(1. Contractum inter Conservatorium Oblatarum Sacræ Familiæ Setiæ, et inter Joachim Benedictum Pacifici ex venia Card. Protectoris in initum, S. C. invalidum recensuit; et quoad fructuum restitutionem respondit, ad D. Secretarium pro liquidatione juxta mentem; nec non ad eundem cum SS. pro absolutione: « Terracinen. et Setina die 23 Januar. 1790. Dub. 2. »

ante concessionem Beneplaciti, sed ne ejus favore emphyteusim deliberans, cum oblatio extrinsecis solemnitatibus laboraret. Ibid. ad 3. Dub.

(6. Non constare de validitate contractus emphyteutici bonorum beneficii S. Venerandæ erecti in oppido Siroli Anconetanæ Diocesis, qui initus fuerat sine beneplacito Apostolico, ac proinde locum esse illius rescissioni definivit Sacra Congregatio, instante hodierno Rectore Joanne Soglia, et silentibus emphyteutis Moscatelli. In Anconetana Nullitatis contractus die 27 Maii 1820. ad 1. Dub.

Ac proinde esse restituendos fructus fundi emphyteutici pro summa liquidanda non a die celebrati contractus, ut contendebat Rector, sed a die motæ litis. Ibid. ad 2. dub.

(7. Cum tamen nullus comparuerat oblator ac interea Vincentius Perfetti diem obierit supremum, delibera fuit emphyteusis favore Comitis Montani pro annuo canone scutatorum 147. salvo jure vigesimæ sextæ, et præstito per eundem, intra tempus ab Episcopo designandum, idoneo fundo libero pro securitate Canonis juxta votum E. Cardinalis Ercolani Relatoris, injunxitque Bullarum expeditionem. In eadem Pisaren. emphyteusis die 26 Aug. 1820.

(8. Antequam judicaret Sacra Congregatio utrum Comiti Donus-deo de Malevoltis patrono hospitii sub invocatione S. Marthæ erecti Senis essent condonandi fructus percepti ex non solutis Canonibus emphyteuticis bonorum ejusdem hospitii ascendentes ad summam scutorum 1459. et an, et ad quod tempus suspendenda esset canonum illorum annua solutio ob rei familiaris angustiam, ac demum an consulendum esset SS. pro absolutione a censuris, voluit eadem Sac. Congregatio, ut E. Archiepiscopo scriberetur, ut referre dignaretur de singulis contractibus emphyteuticis et eorum legitimitate, quoad interventum necessariæ auctoritatis, eorumque justitia quoad quantitatem Canonis, et de existentia fundorum penes Malevoltos. In Senen. die 26. Augusti 1820. ad 1. 2. et 3. dub.

(9. Post reprobam emphyteusim perpetuam trium vineolarum Beneficii erecti in Collegiata Sancti Gaudentii Civitatis Pova-

riensis, ac demandatam affixionem edictorum pro emphyteusi ad tertiam vel quartam generationem, cum unica comparuisset oblatio, apposita conditione emptionis ejusdem prædii vocabuli *Prazzone*, S. Congregatio, prorogato judicio, Em. Episcopo scribendum esse duxit, ut nova edicta affigerentur pro unica emphyteusi ad tertiam vel quartam generationem tum vinearum, cum enunciatæ prædii. In Novarien. Beneplaciti Apostolici die 24. Mart. 1821.

(10. S. Congregatio censuit condonandos esse redditus perceptos a Comite Donus-deo de Malevoltis patrono hospitii sub invocatione S. Marthæ erecti Senis, ex non solutis Canonibus emphyteuticis ob rei familiaris angustiam, præsertim cum legitimi præsumerentur Emphyteutici contractus. In Senen. die 23. Junii 1821. ad 1. dub.

(11. Antequam E. Patres aliquid decernerent tum circa sanationem contractus Emphyteusis Beneficii sub invocatione S. Mariæ sideribus receptæ, et S. Victoriæ Fesulanæ Diocesis, tum pro absolutione a censuris, reductione Missarum, et absolutione quoad præteritas omissiones, tum pro exoneratione Rectoris ab onere residentie, nec non quoad præstationem legatum Dotis, et medii cadi olei; censuerunt scribendum esse Episcopo, pro transmissione contractuum Emphyteusis et primæ reductionis canonum, nec non ut referret, auditis patronis, an et cur consenserint contractui Emphyteusis, ac præsertim cessione usus domus, in qua residere debet Beneficiatus sub pena privationis, et an existat cultus B. M. V. in Ecclesia Pacensi, vel fuerit alio translatus. In Fesulan. die 19. Aprilis 1823. ad 1. 2. 3. et 4. et 5. et 6. dub.

(12. Constat de rejudicata dixit Sacra Congregatio, seu constare de nullitate Emphyteusis a Marco Bertocchini celebratæ anno 1786. cum bon. m. Præsule Galeatio Marescotti quoad bona Prioratus S. Spiritus Urbevetanæ Diocesis. Præterea eadem Sacra Congregatio statuit esse locum circumscriptioni actorum gestorum coram Vicario Generali Urbevetano, quorum vi Fratres Bertocchini redintegrati fuerunt ad possessionem hujusmodi Bonorum; ideoque fructus esse restituendos Rectori Præsuli Pandolfi Alberici a die captæ possessionis Beneficii. In Urbeveta. Emphyteusis die 24. Maii 1824. ad 1. et 2. dub.

(13. Emphyteusim perpetuam super fundis sex beneficiorum ab Antecessore Præsule Bargagnati in itam Pontificio rescripto cum fratre suo Aloysio, et a S. Congregatione Episcoporum et Regular. approbatam, irritam, nullamque contendebat actualis beneficiorum Possessor Paulinus, prævia oris aperitione, utpote quæ tum ex Canonis tenuitate, tum ex pactorum Emphyteusis naturæ adversantium acerbitate Ecclesie existiterat perniciosissima, ac præterea flagitabat expensarum tum judicialium, tum extrajudicialium refectionem, utpote ex pactis contractui adnexis conventam. Fratres e contra Bargagnati Pontificio rescripto tuti,

FERRAR. II.

quippe cum Pontifex ipse edixerit se stipulationis syngraphas in manibus suis versasse, et singula oculis accepisse, tum etiam ex subsequata S. EE. et RR. Congregationis confirmatione, seu declaratione, contractus firmitatem protueri nitebantur. Re autem mature perpensa, EE. PP. responderunt: Dilata et ad mentem cum SS. In Fabrianen. Emphyteusis die 23. Aprilis 1835. ad 1. 2. et 3. dubium.

(14. Quoniam Hieronymus Petri rector Ecclesie B. M. in Cœlum Assumptæ beneficii bona, nullo juris ordine servato, nec habito respectu ad Ecclesie utilitatem, concessit in emphyteusim, Sacer Ordo nullum declaravit contractum. In Nucerna Emphyteusis 26. Martii ad 1. Dub. Nullum insuper emphyteusis sanationi locum fieri, et fructus latifundii a die motæ litis restituendos esse respondit. In Nucerna Emphyteusis die 16. Julii 1836. ad 2. et 3. dub.

(15. Cardinalis Pallota, ut prædia beneficii quod Philotrani possidebat in emphyteusim concederet Joanni Barberesio vigesimario, Apostolicum Beneplacitum accepit sub clausula, salvo jure sextæ, et facta inscriptione. Cum vero Barberesius domum jam hypothecis gravatam tradiderit inscribendam, Vir E. instrumentum renuit stipulari, licet nullus alius designato tempore sextam obtulisset. Defuncto hinc Emin. Pallota successor Beneficii Philippus Perfecti emphyteusis contractum, melioribus sane conditionibus, iniiit cum Aloysio Bianchio, qui prædiorum possessionem, Barberesio haud contradicente, adquisivit. Contendente postea Barberesio adversus Perfectum validam fuisse priorem emphyteusim S. C. respondit: Negative in omnibus: In Auximana Emphyteusis die 17. Decemb. 1836. ad 1. dub.

(16. E converso, juxta nuperam facti speciem consulendum SS. pro adprobatione Emphyteusis favore Aloysii Bianchi, salvo jure vigesimæ et sextæ, rescripsit S. C. In eadem ad 2. dub.

(17. Hæredibus Roggeri emphyteusis bonorum beneficii B. M. V. Lauretanæ in Oppido Lapedonæ contententibus adversus Beneficii Rectorem Præsulem Aloysium Bonini locum fieri canonicis reductioni ob Dativæ augmentum, et reddituum imminutionem, EE. PP. perspicientes fundorum proventus longe excedere sextam supra canonem, reductionem denegarunt. In Firmana Emphyteusis quoad Canonis reductionem die 26. Novembris 1836.

## S. CONGREGATIONIS EPISCOPORUM ET REGULARIUM DECRETA

(1. Anno 1790. Xaverius Mercanti cum solidati Comitis Jacobi Brancadoro fidejussione bona Nosocomii Moglianensis in Emphyteusim ad tertiam generationem masculinam accepit pacto præsertim adjecto « di pagare l'annuo canone di scudi 460. senza veruna eccezione, senza diminuzione o defalco alcuno... tutte le collette Camerali e Comunali imposte e da imporsi » Tandem emphyteusi expirante, singula melioramenta